Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ouerunt angelos uidisse: qui
dicit eis uiuere. Et abierunt
quidam ex eis ad monumentum
et ita inuenerunt sicut
mulieres dixerunt: ipsum uero
non inuenerunt. Et ipse dixit
ad eos. O stulti et tardi corde
ad credendum: in omnibus que
locuti sunt prophete. Nonne hec
oportuit pati christum et ita in
trare in gloriam suam. Et incipi
ens a moyse et omnibus prophe
tis interpretabatur illis scripturas
in omnibus que de ipso erant.
Et appropinquauerunt castello quo
ibant: et ipse se finxit longius
ire. Et coegerunt illum dicentes
Mane nobiscum: quia aduespera
scit et inclinata est iam dies.
Et intrauit cum illis. Et factum est
cum recumberet cum illis. accepit
panem et benedixit ac fregit
et porrigebat illis. Et aperti sunt
oculi eorum: et cognouerunt eum.
Et ipse euanuit ex oculis eorum
Et dixerunt ad invicem. Nonne
cor nostrum ardens erat in nobis
dum loqueretur in via. et aperuit
nobis scripturas. Et surgentes
eadem hora regressi sunt in hierusalem:
et inuenerunt congregatos unde
cim. et eos qui cum ipsis erant

dicentes. quod surrexit dominus vere.
et apparuit simoni. Et ipsi narra
bant quae gesta erant in via:
et quomodo cognouerunt eum in fracti
one panis. Off. Angelus domini
descendit de celo et dixit mulieribus
quae quaerebatis surrexit sicut dixit alleluia
Sec. Suscipe domine quaesumus preces
populi tui cum oblationibus hostiarum: ut paschalibus
mysteriis adcensentes tue
delectemur te operante perficiamur
Com. Surrexit dominus et apparuit pe
tro alleluia. Ipsum. Supplicantes te domine
exaudiens nos: ut quos
sacramentis paschalibus satiasti
tua facias pietate concordes
Aqua sapiente potauit Fia. iii.
eos. de. firmabit in illis et non
flectetur. de. et exaltauit eos in ce
tum. de. de. Ps. Confitemini domino quo
nam bonus quoniam in eis Ord
Deus qui ecclesiam tuam nouo
populo fecunda multiplicas concede fi
mul tuis ut sacramentum vite
do teneant quod fide percepimus
Per dominum nostrum ihesum christum
Actum apostolorum
Surgens paulus et manu
silentium indicens ait. Viri fra
tres filii generis abrahae et qui
timent deum: nobis sermo
salutis hiis missus est. Qui